



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

2 An ne lex naturalis complura contineat præcepta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

illuminat, igitur cum lex naturalis non sit ex æquo ab æterna distincta, sed eius parti-
cipatio, nequaquã superfluit. Ad Æm conce-
dendo antecedenti, puta quo nos libere, bru-
ta uero naturaliter moueantur, negatur tñ
consequentia, dum inferitur hominem nõ
moueri lege naturali, nam actionum liber-
tas in aliquo principio naturali fundatur,
nihil. n. homo appetit nisi sub ratione boni
nempe illo subnixo naturali principio.
Bonum est appetendum. Attamen propo-
sitiõ hinc bono Æm rationem, inde altero
sensuali, libere potest quod maluerit alteri
præferre. Quin uero (vt proxima quæsti-
one dicebamus) inde Lex naturali in nobis,
præ brutorum instinctu legis rationem ha-
bet, quod ratione nos ipsi ducimur, illa uo-
ro per impetum foris secus agitur. Ad ter-
tium respondetur quod Arist. loco illo. Et-
hic. 2. non recensuit omnia quæ insunt in
anima, quia nihil de actu uel intellectus
uel uoluntatis, ne uero de speciebus memi-
nit, sed totum cõnumerauit principi, quo-
rum uirtute intellectus operatur. Lex autẽ
naturalis non est talis uirtus, sed opus ip-
sum s rationis dictamen quæ modo expo-
sito per modum habitus inest.

ARTICVLVS II.
Vtrum lex naturalis plura cõtineat præcepta.
Consequenter articulo secundo inter-
rogat S. Th. vtrum lex naturalis plura
cõtineat præcepta. Quem titulum qui
ocisitanter audierit, ridiculam iudicabit
quæstionem, nam cum Decalogus aliaq.
illi multa annexa præcepta a lege naturæ
ortum ducant, quismam ambigere poterat
plurima esse præcepta iuris naturalis. At
uero S. Th. meditare ubiq. Æm Philosophiã
loquitur. Præcepta. n. illa absolue dicuntur
legis naturæ quæ illius sunt propria quate-
nus, ab humano diuinoq. iure distingui-
tur, nempe illa principia quæ nullo indigẽt
discursu, sed per se sunt lumine naturalino-
ra. Illa uidelicet: de quib. modo definitum
est, esse nostræ naturæ congenita. De his
ergo nõ est uanum querere sint ne plura.
Arguitur non esse nisi unum. Lex (vt supra
dictum est) in genere præcepti collocatur,
si ergo plura sunt præcepta naturæ, plures
sunt eiusdem leges, cum tamen vulgo nõ
ponamus nisi vnã legem naturæ. Secun-
do arguitur Humana natura est vnã, vnã
que humani generis ratio, ergo unicum
est primum eius præceptum. Quod si dixit

Primũ
arg. a p-
te nega-
tiua.

Secũdũ

ris præcepta multiplicari secundum natu-
rarum numerum ex quibus homo cõstitit,
vt aliud sit eius naturale præceptũ inquan-
tum est ens, aliud inquantum animal atq.
aliud inquantum homo, tunc inde seque-
retur, ea etiam quæ ex inclinatione concu-
piscibilis appetitus nobis contingunt, ad
legem naturæ pertinere, quod cum intra
rationis lineam non continentur, absurdum
videtur. Tertio arguitur contra præ-
cepti nomen. Lex uulla obligat nisi quam
ratione a superiore edicitur, natura autem
nõ est nobis superior nec iudex noster, sed
Deus atq. eius ministri homines, ergo lex
naturæ, nisi adesset diuinum ius aut huma-
num, nullam haberet uim obligãdi, vt eius
transgressio esse peccatum. In contrarium
est quod perinde se habent huiusmodi præ-
cepta legis naturæ circa principia agibiliũ,
vt principia in speculabilibus, sed hæc
sunt plura, ergo, & illa

Ante quæstionis huius rãsum, cum iam
præmonitum sit sermonem hic haberi de
præceptis legis naturæ, non quibuscunque
sed propriis puta quæ nullo discursu vt ius
humanum, nec superiori reuelatione ut di-
uinum indiget, sed per se ipsa nota sunt ad
notandum est dupliciter dici propositionem
per se notam, uno modo, secundum
se & altero, relatione ad nos. Illa. n. propo-
sitiõ & priori modo per se nota, cuius præ-
dicatum est de intrinseca ratione subiecti,
vt Deus est, homo est rationalis. Etenim
qui naturam subiecti penetraret, nullo in-
digeret medio ut propositionis ueritatem
deprehenderet. Quoad nos uero tales pro-
positiones non sunt per se notæ, quã extre-
morum naturã non plane percipimus. v. n.
de iuxta sãm Boetij in lib. de Hebdom.
Quædã sunt propositiones simpliciter per
se notæ quippe quarum termini omnibus
sunt parentes, ut omne totũ est maius sua
parte. Aliæ uero sunt per se notæ solis sapiẽ-
tib. qui terminos percipiunt, vt Angelus
non est circumscriptus loco. Intelligenti
nanq. non esse corpus, illico patet nullo
circumferibi loco. Ad propositum descen-
dendo sicuti Primum quod rationi specu-
latiue offertur, est ens (hoc. n. de reb. uniuers.
sis primũ percipimus) sic primum q. ratio-
ni practice de appetibilib. & agibilib. of-
fertur, est bonum, nam sicuti primum obie-
ctum intellectus est ens, sic & primũ uolun-
tatis, est bonum. Quare sapienter Philoso-
phus

Tertiũ
argum.

Duplex
genus, p
positio-
nis, p. se
notæ.

Boetius

Prima
conclõ.
Suadet
cõclusio

phus Ethicorū initium ab hoc sumpsit principio. Bonum est, quod omnia appetunt. His practictis duabus conclusis ad quoniam rōnem rōdetur. Prior est, præcepta propria naturalis iuris, hoc est prima, per se nota principia, sunt plura. Probat, principia naturalia (ut nota auribus intonat, sunt illa quæ natura nobis impressit, natura autem hōis ex pluribus partialibus constat. Est. n. ens, quæ utiq; natura cōis illi est cum uniuersis reb. Mox est cum uiuentibus uiuens, deinde inter animalia animal, ac demum hō: ergo sū oēs hos natura gradus peculiaria habet prima præcepta. Exempli grā, quatenus est ens, hoc est generalissimum ei omnium præceptorum. Bonum est expectandū & profequendum malum aut respiciendum ac fugiendū.

Arist.

Secūm Principiū Practicū

Quid sit cause ut hō nō tā tum ue rum bonum sed speciem boni ex perat, cū id in ca teris re bus se cus eue nire cō ptum sit

Hoc n. præceptum cunctis mundi reb. cōmune est idq; ideo oīum finis appetibiliū in quod suabilia omnia tanq; in primū principium reducuntur, sicuti in speculabili lib. quodlibet esse aut non esse, ut 4. Metatext. 9. auctor est Arist. Mox quia primum naturalium bonorum est, esse, inde statim cadit particularius aliud principium quod est, esse proprium cuiq; conseruandum est. Oīa. n. appetunt se conseruare suisq; contrarijs obfistere. Et ratio est illa generalis, quia illud est cuiq; bonum, hoc uero malū. Neque alia ex petenda est causa, siquidem hoc (ut modo dicebamus) est primum principium in quod oēs appetitiones resoluuntur. Quicquid. n. homo uel queuis res mundi appetit, id concupiscit sub ratione boni, uel ueri, uel apparentis. Atque hoc utique appetitu hominem, cum sit omnium perfectissimus, quæ sub cælo sunt, inferiorē ceteris modo quodam uideo, eo quod ex duabus constat diuersis naturis. Nam res uniuersæ id solum bonum appetunt, quod illis uere est bonum, homo uero illud etiā, quod licet sensui est bonum rationi tamē, quæ sua est natura, existit malum. Deinde descendendo deuiatur aliud principium legis naturæ ac præceptum hōis in quantum est animal, quod ad commixtionem masculi ac femine attinet. Hic. n. existit animal b. peculiaris modus conseruandi speciem. Nam, etsi in arboribus, ut in Palmis & Lauris quædam deprehendatur imago masculi & femine, atque in herbarum quibuspiam, rō ueram masculi feminatorem in folis animalibus agnouit. Philosophia, Ex his demum trahitur aliud princi

pium hōis in quantum est rationalis, quæ utiq; rōne inclinationem hēt ad cognitionē Dei, ac uirtutis bonum. Ex quo rursus ei conuenit appetentia ad societatem, & ciuilitatem, unde illud, Id facias alijs quod tibi fieri vis, idq; ne facias, quod non tibi uis fieri. In summa generalissimum illud, bonum est appetendum ac malum repudiandum, in hōie fit peculiare legis naturalis principium, s. honestum uirtutis bonum exoptandum est & amplectendum contrariumq; uitiorum malum refellendum, ut ad foelicitatem perueniatur. Secunda conclusio. Lex naturalis nihilominus est una. Probat, quia unitas legis a fine desumit, est autem horum præceptorum, ut unum principium, quod est ratio, ita & finis unus & scopus, qui (ut dicimus) est bonum in genere. Per hæc ergo iura tam Canonica, quæ Ciuilia innotescunt, quæ de iure naturali loquuntur. Id. n. (ut h. d. i. can. ius natu.) nihil de generalissimo meminit, quod rebus uniuersis cōe est, sed de illo tantum quod est commune omnium nationum, ut uiri & femine coniuñctio. Quamuis & hec certius expressit ius ciuile, insti. de iur. nat. & ff. de iust. & iur. ciu. naturale est, quod natura omnia animalia docuit doctrinam. n. appellat naturalem instinctum a natura inditum. Alioquin docere proprie, discursum denotat rationis, quod ad ius gētium proprie attinet & ad ciuile.

Ad primum igitur arg. rōdetur non esse idē prorsus præceptum quod lex. Diximus. n. legem esse quid uniuersalius, quare ratione unius finis & principii, plurium præceptorum collectio & ordo pertinent ad unam legem, sicuti tota scriptura sacra ad unam fidem. Ad secundum autem conceditur, in inclinationes oēs ēt ad petitus, sensui ad legem naturæ pertinere, rōne tñ diuersa, nam quatenus considerantur, nō ut rationi obediētes, sed tendentes in sua sensualia obiecta dñr præcepta naturalia ea ratione qua in breuis, sed quatenus ratione gubernantur, sunt peculiaria præcepta hōis. Ex quo fit, quod in hōie, ut duæ sūt natura diuersa, sic & duæ leges, sed quia sē sualis sumitur a gñe animalis quæ materia liter se habet in hōie respectu rōnis naturæ quæ est eius forma, specie constituens inde fit quod peccata omnia, quia sunt rōni contraria, licet sint sē sua natura, dicantur simpliciter contra naturā hōis, ut cap. 4. de diu.

tertium hōis pī cipiū quaten⁹ animal sit. Postremū atq; peculiare hominis principium. secunda conclusio. Ratio concludit.

explanā tur ali quatuor ciuilia & canonica.

Ad primum argum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad tertium. diu. nom. auctor est Dionysius. Ad tertium argu. q. p. principium est, per distinctionem videtur. Enimvero in prauis morib. licet re vera connexa sunt ambo, duo tñ considerantur. scilicet mali, & rō culpæ. Et quidem rō naturalis mali, et si per impossibilis congnationem loquendo nec Deus esset neq; alius superior, solus ipse peruersus rōnis ordo esset causa, vt homicidium & furtū & similia essent mala moralia, sicuti claudicatio est malū naturale, quia obliquitas est a gradiendi regula. At rō ratio culpæ, quæ dicit inimicitan. & supplicij meritum, non intelligitur nisi vbi est superior cui obedire tenemur. Vnde optime definit Aug. peccatum per hoc q. sit contra legem Dei. Respondo ergo argumenti est quod sola quidem natura obligaret vt transgressio esset malā, licet nō culpa ueruntamen quia natura effectus est Dei, lex quæ naturalis deriuatio diuina legis æternæ, sicut præcepta naturæ obligent, vt transgressio eorum sit non solum malā, sed vera culpa.

ARTICVLVS III.

Utrum omnes virtutis actus sint de lege naturæ.

DVab. conclu. superioris articuli duos alteros adhibere opera premium est, vt inspiciamus: tum qualiter ex illis principijs naturalibus virtutes oēs veluti earum conclusiones promanent: tum et quo pacto vna sit lex naturæ, eademq; apud oēs. Interrogatur ergo in hoc tertio articulo, Utrum oēs virtutes sint de lege naturæ? arguitur. n. a parte negatiua. I. ex æterna iam supra constituta est origo & fons omnium legum, virtutes autem lege aliqua diriguntur oēs ergo inde virtutes ortum ducunt, sed lex naturalis alia est quam æterna, ergo actus uirtutum non sunt oēs de lege naturæ, sed de lege æterna. Sed o arguit, quæ sunt sñ naturam cūctis conueniant, quippe cum vna sit oīum natura, uirtutes autē non oēs omnib. congruunt, nam abstinencia & inedia quæ uni est temperantia moderatio, in altero qui imbecillior est, eidē aduersat virtuti, ergo non oēs virtutes sunt eiusdem legis germina. Eo vel maxime, q. lex oīs (vt dictum est) in cōe bonum ordinatur virtutes autē quempiam, vt temperantia non ordinantur, nisi in particulare bo-

Prima ratio.

secunda ratio.

num persona. Tertio officia quæ sñ leges ciuiles sunt, sunt vera virtutes: leges autē ciuiles non sunt eadem apud oēs, nam optima quæq; rei publicæ suis peculiarib. legib. communitur, illa ergo uirtutes non legis nature, quæ una est apud oēs, sed iuris humani sunt. Quarto arguitur. I. ex diuina, vt Euangelica, nō descendit a naturali quippe quæ excellentior est: ergo virtutes illi conformes, ut susceptio baptismi & sacralis confessio, nequaquam dicuntur de lege naturæ. Quinto, si uirtutes oēs humanæ riuuli essēt ac conclusiones iuris naturæ, consequens prout fieret cuncta uirtia contra naturā esse, sunt autē quedam, quæ peculiariter consentur contra naturam, non ergo oēs sunt secundum legem naturæ. In contrarium autem est sententia Damasceni li. 2. ubi ait, uirtutes omnes esse secundum naturam, uirtia uero uirtuta contra naturam.

Tertia

Quarta.

Quinta.

Damascenus.

Ad eūdem modum quo supra definitū est, leges oēs ab æterna deriuari, eidemque subinde actiones humana subdi, disputamus mō an uirtutes oēs humanæ ad normam naturalis legis fiant? Et seruit questio hæc ad explicandam radicem distinctionis uirtutum de lege naturæ, & de humana, & de diuina. Et ergo hic sed m argumentorū exigentiam opus distinctione. Virtus n. & sed m eius gnalem rationem ac formā considerari potest, & secundum particulare obiectus. Virtus inq; inde habet generalis uirtutis formam & nomen opus est sed m rōnem. Et iuxta hanc considerationem constituitur hic prima conclusio. Oēs humanæ uirtutes sunt sed m hominis naturam. Probat: Virtus est nihil aliud quam habitus operatiuus sñ rationis normam, naturalis autem hominis propensio, in quantum est animal rationale ad operandum tendit sñ rationem. Nam cum forma, a qua res speciem fortitur, tribuatur ei naturalem inclinationem, fit vt sicut grauis natura est sñ suam formam ad centrum cadere natura uero ignis, secundum suam sursum ascendere sic natura animalis, cuius anima rationalis existit, fit secundum rationem uiuere. Vnde Cice. lib. 2. de Inuen. Virtus, inquit, est animæ habitus, naturæ modo (hoc est ad naturæ modum) consentaneus rationi. Et de offi. li. 3. Magis, inquit, sed m naturam est uirtus, pura comitas, iustitia, liberalitas, q. voluptas, q. uiria, q. diuitiæ. Deniq; que uirtus nullo significantius pacto defini-

In oēs

Distin-

Prima conclusio.

Cicero.